habentur, attentisque uberibus pietatis fructibus huc usque ab eius sodalibus relatis, eiusdem Instituti Constitutiones adiectis modificationibus, quæ in adnexo folio exhibentur, esse definitive adprobandas. Hanc autem sententiam SSmo D. N. LEONI PP. XIII ab infrascripto eiusdem S. Congregationis Fidei Propagandæ Secretario relatam in audientia diei 26 superioris mensis Junii, Sanctitas Sua benigne probavit ratamque habuit, atque ea super re præsens Decretum confici præcepit.

Datum Romae ex Ædibus S. Congregationis de Propaganda Fide die 1 Julii 1901.

M. Card. Ledochowski.

Aloisius Veccia, Secrius.

Concordat cum originali.

† *Paulus, arch. Marianopolitanus.*